admirationis, cæcus fuit? hic qualis fuit? qualis? talis fuit ut
illi parem universus terrarum orbis non habuerit, aut si parem
habuit, superiorem tamen spectaverit neminem. Magna ino
nxa tribuenda ē laus Virgilio Maroni, qui ob nimiam
eloquentiæ suæ facundiam appellatus ē Poëtarum pater ac
princeps; sed æqua iustitiæ statera appensum cum divino Ho-
mero, longè illi cedere comperiemus, hic enim non tantum Poë-
tarum princeps, sed etiam, quod maius ē, ipsius Virgilij pa-
rens extitit, hunc quantus quantus ē, imitatio formavit; illum
autem non tam natura, quam exercitationis industria poëtam
inauguravit. Virgilius eloquentiæ suæ fontem ex ipso Ho-
mero imbibit; Homerus verò ex proprio ingenij sui thesauro illa e-
ruit. Ille in latina lingua, hic verò in græca, quæ lati-
nam longo intervallo post se reliquit, excelluit. Ille vi-
dens æternum nominis sui monimentum posteritati tradidit;
hunc verò cæcum antiquitas veneranda, ore patulo vomentem
ita repræsentavit; ut defluentes ab eius ore liquores et flores
in amphoris et canistris colligerent Philosophi, Iurisconsulti,
Oratores, Astrologi, Poëtæ, denique pictores. quod hi penicillo
ac calamo, ille sua lingua perfecit? Quid enim lingua nisi
loquens calamus, quid calamus, nisi lingua tacitè clamans?
illa spiritu, hic atramento utitur, illa scribit vocibus, hic